



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 19. D litteram vocibus in vocalem definentibus antiquitus interdum
addi solitam. Et eius rei proposita aliquot exempla.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

natum? Et addit postremò : *Quod autē Aristoteles significavit, eum, quem improbat, Milesium fuisse, putari debet id fecisse, ut distingueret ab altero hoc, eodem nomine vocato, Pythagoreo.* Non video, cur ita putari debeat: multos enim à patria nominat, etiam ubi nihil opus est distinctione. ut cū dicit, *Γοργίας ὁ Λεορτῖν*. Et libro primo cū dicit: *οἷον καὶ τὸ Θάλασσι τῶν Μιλησίων*, non opinor, Milesium dixit, ut eum ab aliquo Thalete Iliensi distingueret. Illum igitur *καλῶμενον* Hippodamum omittam: pertinacius contendenti occinam.

— *Σοὶ μὲν ταύτην δοκοῦσι εἶναι, καὶ ἡ τῶν*

D litteram vocibus in vocalem desinentibus antiquitus interdum addi solitam. Et eius rei proposita aliquot exempla.

CAPVT XIX.

ALATINIS veteribus concursum vocalium non amantibus fieri sæpe solitum, ut vocibus in vocalem desinentibus, adderent litteram D, maxime, cū subsequēntis vocis prima littera vocalis esset, notum est & ex Fabio, & è fragmento columnæ rostratæ C. Duillio positæ, quod è foro superioribus annis erutum, nunc in Capitolio visitur. Atque idem observatum est in iungendis verbis, ex *re & eo, redeo*: ex *re & emo, redimo*: ad eundem modum plurima. Sed & *mederga, rederga, sederga, sed eas*, ita frequenter apud Plautum leguntur; ut nobis ignota esse possint. Superessent & in posterioribus scriptoribus multa eius consuetudinis vestigia nisi per errorem oblitterata essent. Nam & apud Cæcilium planè ita legendum: *At tu Cæcilius obdura*. quod ex me in sermone familiari auctum probavit Turnebus: & apud Horatium duo loci

huius vetustæ consuetudinis ignoratione deprava-
 tum. Nam & libro tertio Carminum, vbi vulgò est,

vos o pueri & puella

Iam virum ex parte male ominatis

Parcite verbis;

Ex quo alij fecerunt, *male nominatis*: plerique veteres
 libri habent, *maled ominatis*. quod vt verum est, & li-
 bro primo Epistolarum:

Omnes crede diem tibi diluxisse supremum.

quo factum est, *tibi diluxisse*. Est autem ita locu-
 tus Horatius, vt Liuius in illo: *Hic sciciosus vltimus*

P. Scipioni illuxit. Apud Plautum quoque in Ru-
 done, in extrema fabula, vbi vulgò ita legitur:

Tibi propino decuma fonte: tu tibi inde, si sapi.

non habeo dubium, quin ita legendum sit:

Tibi propinod eccum a fonte: tu tibi inde, si sapi.

hanc enim conseruo propinat: & eum iubet vi-
 rum sibi ipsum miscere. Quin etiam lib. xliii. Di-
 gitorum, sub titulo, Ne quid in loco publico vel iti-
 nere fiat, vbi legitur: *Idem ad, si odore solo locus pestilen-*

sus fiat, non esse ab re de ea interdicto vii: legendum

ad, non esse ab re de eo interdicto vii.

Essentia nomen à Cicerone nouatum esse. Emendatus

Seneca ex epistolis locus. CAP. XX.

MAGNAM saeculo suo laudem consecutus est &
 dicendi facultate, & philosophiæ scientia & gra-
 uitate morû Ser. Flavius Fabianus: multaq. de eo cum
 auctum locupletissimus testis Seneca honorificentis-
 sime scripsit. Is cum philosophiam ciuitate donare
 vellet, multa vocabula nouauerat: neq. enim aliter fie-
 ri poterat; cum in Græco quoque sermone, qui Ro-
 mano immensum quantum copiosior est, veteres illi